

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 3: De virtutibus theologicis et cardinalibus

Caput 7: De iustitia (3)

Itaque illas quattuor uirtutes,
quarum utinam ita in mentibus uis ut nomina in ore sunt omnium,
sic etiam definire non dubitem,
ut temperantia sit amor integrum se praebens ei quod amatur,
fortitudo amor facile tolerans omnia propter quod amatur,
iustitia amor soli amato seruiens et propterea recte dominans,
prudentia amor ea quibus adiuuatur ab eis quibus impeditur sagaciter seligens.

Augustinus Hipponensis, *De moribus ecclesiae catholicae et de moribus Manichaeorum*, 1.15.25 (J. Bauer ed., CSEL 90, pp.29-30, ll.5-11).

Augustinus:

Fortitudo est amor facile omnia tollerans propter id quod amatur.

Vel fortitudo est firmitas animi circa molestias seculi.

Fortitudo est firmitas animi adversus ea quae temporaliter sunt molesta.

Pseudo-Bernardus Claraeuallensis, *Sermo in parabolam de villico iniquitatis*, 2 (PL 184, col.1023B-C).